Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

erat uerbum & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum hoc erat in

Iprincipio apud deum Itē de sc̄o Ioh̄e apl̄o & e. In i. noct.

A̅ Iohannes apostolus & euuangelista uirgo est electus a domino atq; inter ceteros magis dilectus. A̅ Supra pectus domini ihesu recumbens euuangelii fluenta de ipso dominici pectoris fonte potauit. (sacro)

A̅ Quasi unum ex paradisi fluminibus euuangelista iohannes uerbi dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. A̅ In feruentis olei dolium missus iohannes apostolus diuina se protegente gratia illesus euasit.

A̅ Propter insuperabilem euuangelii landi constantiam exilio relegatus diuine uisionis & allocutionis meruit crebra consolatione releuari.

A̅ Occurrit beato iohanni ab exilio reuertenti omnis populus uirorum ac mulierum. clamantium & dicentium benedictus qui uenit in nomine domini. In ii. noct. A̅ Apparuit caro suo iohanni dominus ihesus xp̄c cum discipulis suis. & dixit ei. ueni dilecte mi ad me quia tempus est ut epuleris in conuiuio meo cum fratribus meis. A̅ Expandit manus suas ad deum dixit inuitatus ad conuiuium tuum. uenio gratias agens quia me dignatus es domine iesu xp̄e ad tuas epulas inuitare sciens quod ex toto corde ... desiderabam te. A̅ Domine suscipe me ut cum fratribus meis sim cum quibus ueniens inuitasti me aperi michi ianuam uite. & p̄duc me ad conuiuium epularum tuarum tuarum tu es enim xp̄c filius dei uiui qui precepto patris mundum saluasti tibi. gratias referimus p̄ infinita secla seculorum.

A̅ Pona te signac. A̅ Iste est iohannes. cui. A̅ Cum reuerteret.

A̅ Istorum est enim regnum celorum qui De Innocentib; ꝑ generāl. contempserunt uitam mundi & peruenerunt ad premia regni & lauerunt stolas suas in sanguine agni. INVITATORIVM.

Regem regum dominum uenite adoremus quia ipse corona sanctorum innocentum. Venite. Ymnus. Rex glose. In i. n.

A̅ Herodes uidens quia illusus esset a magis misit in bethlehem & occidit omnes pueros qui erant in ea & in omnibus finibus eius. ℣ Beati.

A̅ Xp̄c infans non despexit suos coetaneos milites sed prouexit quibus dedit ante triumphare quam loqui. ℣ Quare. A̅ Arridebat paruulus occisori gladio ad iocabatur in famulus nutricis loco